

Edition Open Sources

Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

11. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

DOI: 10.34663/9783945561102-31



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile*

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence.
<https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

98

Primi tractatus

formiter continuo et equevelociter omnino cum ea moueretur. Probatur et sit a. poña que vniiformiter continuo mouetur t.c. per sui a non gradu potest vniiformiter continuum cremenatum. Itaq; b. poña minor a. vñcāq; volueris (non est cura) omnino eodem mō crescentis cum a. tunc dico q; b. poña omnino eodem mō crescentis cum a. ad aliquem punctum c. medii posse incipere moueri versus puncta intensiora vniiformiter continuo et eque velociter cum ea mouendo. Quod sic probatur quia cum a. poña c. medium transeundo a non gradu potest vniiformiter continuo crescat manifestum est q; a. poña atea q; ad punctum in quo modo est deuenitur fuit ad ali quod punctum rante potente adequate quante mō est ipsa b. poña minor. ponatur igitur a. et b. sum ad illud punctum ad quod a. erat rante poña adequate quante mō est ipsa b. poña minor et in eodem instanti incipiunt moueri versus extremum intensius ipsius c. medii. Quo posito manifestum est q; b. potentia vniiformiter continuo et eque velociter mouetur cum a. cum continuo a. et b. per eandem resistentiam mouentes sintaequales igitur b. poña omnino eodem modo crescentis cum a. ad aliquem punctum c. medii posset incipere moueri versus puncta intensiora vniiformiter continuo et eque velociter sicut a. mouendo quod fuit probandum. Pater igitur correlarium.

Capitulum undecimum in quo pulchre admodum comparantur motus diversarum potentiarum in eodem medio vniiformiter difformi invariato mouentibus per eam potentiarum vniiforme cremenatum

Radita ut potuimus noticia velocitatis et tarditatis motus penes causam potente per sui cremenatum in modo vniiformiter difformi invariato mouentibus: consequens est ut comparando motus diversarum potentiarum in medio vniiformiter difformi invariato mouentibus per earum poñarum vniiforme cremenatum conclusiones inducamus. Pro quo sit ista suppositio.

Quelibet potentia medium vniiformiter difforme invariatum ad non gradum terminatum suo continuo motu absoluens ab extremo remissori inchoando: in ea proportione cum maiori resistenter mouetur continuo in qua plus a remissori termino eiusdem medii ipsa potentia distat. Probatur hec supp ostio. quia in resistentia vniiformiter difformi omnis resistenter in ea proportione est maior adequate in qua plus distat ab extremo i. quo est non gradus ut pater ex diffinitione qualitas vniiformiter difformis quarto tractatu: igitur omnis poña medium vniiformiter difforme ad non gradum terminatum suo motu absoluens ab extremo remissori inchoando: in ea proportione cum maiori resistenter mouetur continuo in qua sua resistentia plus distat ab extremo remissori eiusdem medii et per consequens in ea proportione cum maiori resistenter mouetur in qua ipsam poña plus distat ab eodem extremo remissori eiusdem medii: quod fuit probandum. Pater consequentia quia tantum distat potentia in tali medio vniiformiter difformi ab extremo remissori eiusdem medii adequate quantum resistentia eiusdem medii ad quam est extremitas ratios potentie. Et sic pater suppositio. Hascitur hic omnem poñam altera continuo velocius medium vniiformiter difforme invariatum et ad non gradum terminatum absoluente: in ea proportione continuo

correla.

Capitulum undecimum

moueretur maiori resistenter q; altera: in qua ipsa velocius quam altera continuo mouetur. Paret correlarium quia talis poña continuo in ea proportione mouetur cum maiori resistenter in qua p. v. di stat ab extremo remissori eiusdem medii terminati ad non gradum ut patet ex suppositione. et talis poña continuo in ea proportione plus q; altera distat ab extremo remissori eiusdem medii terminati ad non gradum in qua velocius mouetur adequate ut conatur. Igitur talis poña continuo in ea proportione mouetur cum maiori resistenter in qua ipsa velocius q; altera continuo mouetur quod fuit probandum. Et sic patet correlarium.

Hoc premisso sit prima conclusio. Dibus potentius aliquod medium vniiformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo vniiformiter continuo mouentibus per eam a non gradu poña vniiforme et continuo cremenatum vnaq; altera in certa proportione velocius continuo crescente: poña que velocius continuo crescit velocius continuo mouetur: in minori rameo proportione velocius continuo quam sit p. v. in qua continuo velocius crescit. Probatur illi a. poña que c. medium vniiformiter difforme terminatum ad non gradum transeundo vniiformiter continuo mouetur per suam potente a non gradu vniiforme cremenatum: et b. poña c. medium transeundo in f. proportione velocius crescat continuo q; a. poña idem c. medium transeundo continuo vniiformiter monendo. tunc dico q; b. potentia mouetur velocius ipsa poña a. in minori rameo proportione velocius quam sit f. p. v. in qua b. potentia velocius continuo crescit q; poña a. Quod sic probatur q; b. poña mouetur velocius continuo q; a. vt constat (citus enim vniiformiter continuo mouendo c. medium pertransire) et b. poña non mouetur in f. proportione velocius nec in maiori: igitur b. potentia mouetur velocius quam ip; a. poña a. in minori rameo proportione velocius quam sit f. quod fuit probandum. Consequentia pater cum maiore. et arguitur prima pars minoris videlicet q; b. poña non mouetur velocius a. poña in f. proportione quia si b. potentia mouetur velocius in f. proportione. sequitur q; continuo resistenter ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est f. p. v. ut patet ex correlario suppositionis: et ex hypothesi b. poña ad a. potentiam est f. p. v. (cum b. a non gradu in f. proportione continuo velocius crescat quam a. etiaq; a non gradu cresces) igitur qualis est p. v. ipsius b. potentie ad ipsius a. poña talis est p. v. resistenter ipsius b. ad resistentiam ipsius a. quia vtraq; f. et per consequens permutatum qualis est p. v. ipsius b. poña ad resistentiam eiusdem b. potentie talis est p. v. ipsius a. poña ad resistentiam eiusdem a. poña et p. v. sequens mouetur ab eadem proportione q; est falsum. Et sic pater q; b. non mouetur in f. proportione velocius ipsa poña a. Nam probatur secunda pars minoris videlicet q; b. non mouetur in maiori proportione quam sit f. velocius a. potentia: quia tunc sequeatur q; continuo tardius moueretur quam a. potentia (ut facile deducitur) quod est falsum. Et sic patet conclusio. Ex quo sequitur primo q; duabus potentibus aliquod medium vniiformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo vniiformiter continuo mouentibus per eam a non gradu potente vniiforme et continuum cremenatum. vnaq; in triplo velociter continuo crescente q; altera que vniiformiter idem medium transeundo mouetur a proportione dupla. potentia que in triplo velocius continuo crescit mouetur velocius continuo. velocius in

l. correl.

continuo et aequo velociter omnino cum ea moveretur. Probatur: et sit A potentia, quae uniformiter continuo movetur et cetera per sui a non gradu potentiae uniforme et continuum crementum, sitque B potentia minor A, utcumque volueris – non est cura – omnino eodem modo crescens cum A. Tunc dico, quod B potentia omnino eodem modo crescens cum A ad aliquem punctum C medii po[test] incipere moveri versus puncta intensiora uniformiter continuo et aequo velociter cum ea movendo. Quod sic probatur, quia cum A potentia C medium transeundo a non gradu potentiae uniformiter continuo crescat, manifestum est, quod A potentia antea, quam ad punctum, in quo modo est, devenerit, fuit ad aliquod punctum tantae potentiae adaequatae, quantae modo est ipsa B potentia minor. Ponantur igitur A et B simul ad illud punctum, ad quod A erat tantae potentiae adaequatae, quantae modo est ipsa B potentia minor, et in eodem instanti incipient moveri versus extremum intensius ipsius C medii. Quo posito manifestum est, quod B potentia uniformiter continuo et aequo velociter movetur cum A, cum continuo A et B per eandem resistantiam moventes sint aequales, igitur B potentia omnino eodem modo crescens cum A ad aliquem punctum C medii potest incipere moveri versus puncta intensiora uniformiter continuo et aequo velociter sicut A movendo. Quod fuit probandum. Patet igitur correlarium.

11. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Capitulum undecimum, in quo pulchre admodum comparantur motus diversarum potentiarum in eodem medio uniformiter difformi invariato moventium per earum potentiarum uniforme crementum

Tradita (ut potuimus) notitia velocitatis et tarditatis motus penes causam potentiae per sui crementum in medio uniformiter difformi invariato moventis, consequens est, ut comparando motus diversarum potentiarum in medio uniformiter difformi invariato moventium per earum potentiarum uniforme crementum conclusiones inducamus. Pro quo sit ista suppositio:

Quaelibet potentia medium uniformiter difforme invariatum ad non gradum terminatum suo continuo motu absolvens ab extremo remissori inchoando in ea proportione cum maiori resistentia movetur continuo, in qua plus a remissori termino eiusdem medii ipsa potentia distat.

Probatur haec suppositio, quia in resistantia uniformiter difformi omnis resistantia in ea proportione est maior adaequata, in qua plus distat ab extremo, in quo est non gradus, ut patet ex definitione qualitatis uniformiter difformis quarto tractatu. Igitur omnis potentia medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum suo motu absolvens ab extremo remissori inchoando in ea proportione maiori resistantia movetur continuo, in qua sua resistantia plus distat ab extremo remissori eiusdem medii, et per consequens in ea proportione cum maiori resistantia moveretur, in qua ipsam potentiam plus distat ab eodem extremo remissori eiusdem medii. Quod fuit probandum. Patet consequentia, quia tantum distat potentia in tali medio uniformiter difformi ab extremo remissori eiusdem medii adaequata, quantum resistantia eiusdem medii, ad quam est extremitas talis potentiae. Et sic patet suppositio. ¶ Nascitur hinc omnem potentiam altera[m] continuo velocius medium uniformiter difforme invariatum et ad non gradum terminatum absolutem in ea proportione continuo

moveri cum maiori resistantia quam altera, in qua ipsa velocius quam altera continuo movetur. Patet correlarium, quia talis potentia continuo in ea proportione movetur cum maiori resistantia, in qua plus distat ab extremo remissori eiusdem medii terminati ad non gradum, ut patet ex suppositione. Et talis potentia continuo in ea proportione plusquam altera distat ab extremo remissori eiusdem medii terminati ad non gradum, in qua velocius movetur adaequata, ut constat. Igitur talis potentia continuo in ea proportione movetur cum maiori resistantia, in qua ipsa velocius quam altera continuo movetur. Quod fuit probandum. Et sic patet correlarium.

Hoc praemisso sit prima conclusio: duabus potentias aliquod medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo uniformiter continuo moventibus per earum a non gradu potentiae uniforme et continuum crementum unaque altera in certa proportione velocius continuo crescente potentia, quae velocius continuo crescit, velocius continuo movetur, in minori tamen proportione velocius continuo, quam sit proportio, in qua continuo velocius crescit. Probatur: sit A potentia, quae C medium uniformiter difforme terminatum ad non gradum transeundo uniformiter continuo movetur per suae potentiae a non gradu uniforme crementum, et B potentia C medium transeundo in F proportione velocius crescat continuo quam A potentia idem C medium transeundo continuo uniformiter movendo. Tunc dico, quod B potentia movetur velocius ipsa potentia A, in minori tamen proportione velocius quam sit F proportio, in qua B potentia velocius continuo crescit quam potentia A. Quod sic probatur, quia B potentia movetur velocius continuo quam A, ut constat – citius enim uniformiter continuo movendo C medium pertransit – et B potentia non movetur in F proportione velocius nec in maiori, igitur B potentia movetur velocius quam ipsa potentia A, in minori tamen proportione velocius quam sit F. Quod fuit probandum. Consequens patet cum maiore, et arguitur prima pars minoris videlicet, quod B potentia non movetur velocius A potentia in F proportione, quia si B potentia movetur velocius in F proportione, sequitur, quod continuo resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est F proportio, ut patet ex correlario suppositionis, et ex hypothesi B potentiae ad A potentiam est F proportio, (cum B a non gradu in F proportione continuo velocius crescat quam A etiam a non gradu crescens), igitur qualis est proportio ipsius B potentiae ad ipsam A potentiam, talis est proportio resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, quia utraque F, et per consequens permutatim qualis est proportio ipsius B potentiae ad resistantiam eiusdem B potentiae, talis est proportio ipsius A potentiae ad resistantiam eiusdem A potentiae, et per consequens moventur ab eadem proportione, quod est falsum. Et sic patet, quod B non movetur in F proportione velocius ipsa potentia A. Iam probatur secunda pars minoris videlicet, quod B non movetur in maiori proportione, quam sit F, velocius A potentia, quia tunc sequeretur, quod continuo tardius moveretur quam A potentia, (ut facile deducitur), quod est falsum. Et sic patet conclusio. ¶ Ex quo sequitur primo, quod duabus potentias aliquod medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo uniformiter continuo moventibus per earum a non gradu potentiae uniforme et continuum crementum unaque in triplo velocius continuo crescente quam altera, quae uniformiter idem medium transeundo movetur a proportione dupla, potentia, quae in triplo velocius continuo crescit, movetur velocius continuo. Velocius inquam

De motu penes causā in medio unisomiter disformi invariato.

quam in maiori proportione \bar{q} sexqualtera in minori tamen velocius quam dupla, probatur et sit a. potentia que continuo c. medium transiendo mouetur a proportione dupla per sine potentie a non gradu uniforme et continuum clementum: si ergo b. potentia que idem c. medium transiendo crescit a non gradu continuo in triplo velocius quam a. posita. tunc dico q. b. posita mouetur continuo velocius \bar{q} a. potentia in maiori proportione \bar{q} sexqualtera: et in minori quam dupla. Quod sic probatur quia b. potentia non mouetur in sexqualtera proportione velocius adequate: nec in minori. Similiter b. posita non mouetur in dupla proportione velocius: nec in maiori: igitur b. potentia mouetur in maiori proportione velocius quam sexqualtera: et in minori dupla: quod fuit probandum. Maior probatur quia si b. mouetur in sexqualtera proportione velocius \bar{q} ipsa posita a. adequate: sequitur q. continuo resistentia ipsius b. est in sexqualtero maior resistentia ipsius a. (quia c. medium est unisomiter disforme ad non gradus terminatum) et ultra resistentia ipsius b. est in sexqualtero maior resistentia ipsius a. et ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est proportione sextuplica (cum componatur ex tripla que est ipsius b. ad potentiam a. et ex dupla que est ipsius a. ad suam resistentiam) igitur ipsius b. ad resistentiam eiusdem b. est proportione quadruplica quia sexqualterum ad subsextupli ad aliquod est subquadruplicum ad illud et per consequens b. mouetur a proportione quadruplica: et hoc in duplo velocius \bar{q} a. continuo mouens a proportione duplia: et non in sexqualtero velocius adequate quod fuit probandum. Sed q. b. non mouetur in minori proportione velocius quam sexqualtera probatur: quia tunc resistentia ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est minor proportio quam sexqualtera: ut patet ex correlario suppositionis huius et ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est proportione sextuplica (ut supra argutum est) ergo ipsius b. ad resistentiam ipsius b. est maior proportione quam quadruplica. Patet consequentia per hoc q. quando aliquis numerus est sextuplicus ad alterum talis numerus est maior quam quadruplicus ad omnem numerum qui est minor sexqualtera ad suum subsextuplum (ut patet intelligenti quartum caput secunde partis) Ita probatur minor quia si b. mouetur in duplo velocius \bar{q} a. sequitur cum casu q. resistentia ipsius b. continuo est dupla ad resistentiam ipsius a. ut patet ex correlario suppositionis (cum c. medium terminetur ad non gradum) et ultra resistentia ipsius b. continuo est dupla ad resistentiam ipsius a. et ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est proportione sextuplica (ut probatum est) ergo ipsius b. ad resistentiam eiusdem b. est proportione triplicata. Patet hec consequentia per hoc q. omne duplum ad subsextuplum aliquius numeri est subtripplum ad talen numerum (ut patet intelligenti quartam conclusionem quarti capituli secunde partis cum suis correlariis) et per consequens sequitur q. b. mouetur a. proportione triplicata que non est dupla dupla (ut patet intelligenti sextum caput secunde partis) et ex hoc b. non mouetur in duplo velocius a. potentia mota a. proportione dupla: quod fuit probandum. Sed q. non mouetur a maiori dupla: patet q. tunc resistentia ipsius b. est maior quam dupla ad resistentiam ipsius a. et sic ipsius b. ad resistentiam ipsius b. est minor proportione quam triplicata (ut facile deducitur ex dictis) et per consequens non mouetur a maiori proportione quam dupla cum nulla minor triplicata: nec ipsa triplicata sit dupla ad duplum. Et sic patet correlarium. Sequitur tertio q. duabus poterit inferre.

tus aliquod medium unisomiter disforme ad non gradum terminatum transiendo. unisomiter continuo mouentibus per earum a non gradum potest esse uniforme et continuum clementum: unde altera in duplo velocius continuo crescente: et posita que tardius crescat continuo mouente a proportione sexqualtera: posita que velocius continuo crescat velocius continuo mouetur: in minori tamen proportione quam dupla: et maiori quam sexqualtera. Probatur et sit b. posita que in duplo velocius continuo crescat potentia a. continuo mouente a proportione sexqualtera c. medium terminatum ad non gradum pertransiendo. Quo posito arguitur sic b. posita non mouetur in dupla proportione velocius nec in maiori (ut patet ex conclusione) nec b. posita mouetur in sexqualtera proportione velocius adequate: nec in minori igitur b. potentia mouetur continuo in minori proportione quam dupla velocius, et in maiori quam sexqualtera: quod fuit probandum. Consequentia patet cum maiore et arguitur minor quia si b. potentia mouetur in sexqualtera proportione velocius quam a. sequitur q. resistentia ipsius b. est sexqualtera ad resistentiam ipsius a. vi patet ex correlario suppositionis (quia medium est terminatum ad non gradum) et ultra resistentia ipsius b. est sexqualtera ad resistentiam ipsius a. et ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est proportione triplicata ergo ipsius b. ad resistentiam ipsius b. est proportione dupla et per consequens b. mouetur a proportione dupla. Patet tamen consequentia per hoc q. omne triplicata ad aliquem numerum est duplum ad numerum sexqualterum ad illum numerum subtripplum (ut constat intelligenti quartum caput septimus allegatum) et ultra b. mouetur a proportione dupla: et dupla non est sexqualtera ad duplum: sed maior quam sexqualtera: ut patet ex sexto capite secunde partis: igitur b. mouetur in maiori proportione velocius quam sexqualtera quod fuit probandum. Sed q. b. non mouetur in minori proportione quam sexqualtera velocius: probatur quia tunc resistentia ipsius b. est minor quam sexqualtera ad resistentiam ipsius a. et per consequens ipsius b. ad resistentiam ipsius b. est maior proportione quam dupla: ut patet per hanc maximam. Omnis numerus triplicata ad alterum est maior quam duplis ad omnem numerum minorum numero sexqualtero ad illum subtripplum (ut patet intelligenti) et si b. mouetur in maiori proportione quam dupla: consequens est q. b. mouetur in maiori proportione quam sexqualtera velocius ipsa a. posita mouente continuo a proportione sexqualtera (si quidem dupla: et omnis maior ea. maior est quam sexqualtera ad sexqualteram) Componitur enim dupla ex sexqualtera et sexquartertia: et sexquartertia maior est quam medietas sexqualterae: ut patet ex nono correlario tertie conclusionis quarti capituli secunde partis. Infinita similia correlaria intellegens primam et secundam partem huius operis ex his que dicta sunt et statim dicuntur propria industris poterit inferre. Et si queras ex quo b. mouetur in minori proportione quam dupla velocius a. et in maiori quam sexqualtera in qua proportione adequare b. mouetur velocius quam a.

Respondeo T. dico primo q. in nulla superparticulari (ut patet) q. nulla superparticularis est maior proportione sexqualtera: nec in aliis qua multiplici superparticulari. nec multiplici superpartiente: quia nulla talis est minor dupla. (ut constat intelligenti sextum caput secunde partis) Resiat igitur ut mouetur in aliqua proportione sua.

in maiori proportione, quam sexquialtera in minori tamen velocius quam dupla. Probatur: et sit A potentia, quae continuo C medium transeundo movetur a proportione dupla per suae potentiae a non gradu uniforme et continuum clementum, sitque B potentia, quae idem C medium transeundo crescit a non gradu continuo in triplo velocius quam A potentia. Tunc dico, quod B potentia movetur continuo velocius quam A potentia in maiori proportione quam sexquialtera et in minori quam dupla. Quod sic probatur, quia B potentia non movetur in sexquialtera proportione velocius adaequata nec in minori. Similiter B potentia non movetur in dupla proportione velocius nec in maiori. Igitur B potentia movetur in maiori proportione velocius quam sexquialtera et in minori quam dupla. Quod fuit probandum. Maior probatur, quia si B movetur in sexquialtera proportione velocius quam ipsa potentia A adaequata, sequitur, quod continuo resistentia ipsius B est in sexquialtero maior resistentia ipsius A, (quia C medium est uniformiter diffiforme ad non gradum terminatum), et ultra resistentia ipsius B est in sexquialtero maior resistentia ipsius A, et ipsius B ad resistantiam ipsius A est proportio sextupla, (cum componatur ex tripla, quae est ipsius B ad potentiam A, et ex dupla, quae est ipsius A ad suam resistantiam), igitur ipsius B ad resistantiam eiusdem B est proportio quadrupla, quia sexquialterum ad subsextuplum ad aliquod est subquadruplum ad illud, et per consequens B movetur a proportione quadruplicata, et ex hoc in duplo velocius quam A continuo movens a proportione dupla et non in sexquialtero velocius adaequata. Quod fuit probandum. Sed quod B non moveatur in minori proportione velocius quam sexquialtera, probatur, quia tunc resistentia ipsius B ad resistantiam ipsius A esset minor proportio quam sexquialtera, ut patet ex correlario suppositionis huius, et ipsius B ad resistantiam ipsius A est proportio sextupla – ut supra argutum est – ergo ipsius B ad resistantiam ipsius B esset maior proportio quam quadrupla. Patet consequentia per hoc, quod quando aliquis numerus est sextuplus ad alterum, talis numerus est maior quam quadruplus ad omnem numerum, qui est minor sexquialtero ad suum subsextuplum – ut patet intelligenti quartum caput secundae partis. Iam probatur minor, quia si B movetur in duplo velocius quam A, sequitur cum casu, quod resistentia ipsius B continuo est dupla ad resistantiam ipsius A, ut patet ex correlario suppositionis, (cum C medium terminetur ad non gradum), et ultra resistentia ipsius B continuo est dupla ad resistantiam ipsius A, et ipsius B ad resistantiam ipsius A est proportio sextupla – ut probatum est – ergo ipsius B ad resistantiam eiusdem B est proportio tripla. Patet haec consequentia per hoc, quod omne duplum ad subsextuplum alicuius numeri est subtriplum ad tales numerum, (ut patet intelligenti quartam conclusionem quarti capituli secundae partis cum suis correlariis), et per consequens sequitur, quod B movetur a proportione tripla, quae non est dupla duplæ, (ut patet intelligenti sextum caput secundae partis), et ex hoc B non movetur in duplo velocius A potentia mota a proportione dupla. Quod fuit probandum. Sed quod non moveatur a maiori dupla, patet, quia tunc resistentia ipsius B esset maior quam dupla ad resistantiam ipsius A, et sic ipsius B ad resistantiam ipsius B esset minor proportio quam tripla, (ut facile deducitur ex dictis), et per consequens non movetur a maiori proportione quam dupla, cum nulla minor tripla nec ipsa tripla sit dupla ad duplum. Et sic patet correlarium. ¶ Sequitur [secundo], quod duabus potentiis

aliquid medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo uniformiter continuo moventibus per earum a non gradu potentiae uniforme et continuum clementum unaque altera in duplo velocius continuo crescente et potentia, quae tardius crescit, continuo movente a proportione sexquialtera potentia, quae velocius continuo crescit, velocius continuo movetur, in minori tamen proportione quam dupla et maiori quam sexquialtera. Probatur, et sit B potentia, quae in duplo velocius continuo crescat potentia A continuo movente a proportione sexquialtera C medium terminatum ad non gradum pertranseundo. Quo posito arguitur sic: B potentia non movetur in dupla proportione velocius nec in maiori, (ut patet ex conclusione), nec B potentia movetur in sexquialtera proportione velocius adaequata nec in minori. Igitur B potentia movetur continuo in minori proportione quam dupla velocius et in maiori quam sexquialtera. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum maiore, et arguitur minor, quia si B potentia movetur in sexquialtera proportione velocius quam A, sequitur, quod resistentia ipsius B est sexquialtera ad resistantiam ipsius A, ut patet ex correlario suppositionis, (quia medium est terminatum ad non gradum), et ultra resistentia ipsius B est sexquialtera ad resistantiam ipsius A, et ipsius B ad resistantiam ipsius A est proportio tripla, ergo ipsius B ad resistantiam ipsius B est proportio dupla, et per consequens B movetur a proportione dupla.

Patet tamen consequentia per hoc, quod omne triplum ad aliquem numerum est duplum ad numerum sexquialterum ad illum numerum subtriplum, (ut constat intelligenti quartum caput saepius allegatum[]), et ultra B movetur a proportione dupla, et dupla non est sexquialtera ad {sexquialteram}¹, sed maior quam sexquialtera, ut patet ex sexto capite secundae partis. Igitur B movetur in maiori proportione velocius quam sexquialtera. Quod fuit probandum. Sed quod B non moveatur in minori proportione quam sexquialtera velocius, probatur, quia tunc resistentia ipsius B est minor quam sexquialtera ad resistantiam ipsius A, et per consequens ipsius B ad resistantiam ipsius B est maior proportio quam dupla, ut patet per hanc maximam. Omnis numerus triplus ad alterum est maior quam duplus ad omnem numerum minorem numero sexquialtero ad illum subtriplum, (ut patet intuenti), et si B movetur a maiori proportione quam dupla, consequens est, quod B movetur in maiori proportione quam sexquialtera velocius ipsa A potentia movente continuo a proportione sexquialtera, (si quidem dupla, et omnis maior ea, maior est quam sexquialtera ad sexquialteram.) Componitur enim dupla ex sexquialtera et sexquartertia, et sexquartertia maior est quam medietas sexquialteræ, ut patet ex nono correlario tertiae conclusionis quarti capituli secundae partis. ¶ Infinita similia correlaria intelligens primam et secundam partem huius operis ex his, quae dicta sunt, et statim dicentur propria industria poterit inferre. ¶ Et si quaeras, ex quo B movetur in minori proportione quam dupla velocius A et in maiori quam sexquialtera, in qua proportione adaequata B movetur velocius quam A:

Respondeo et dico primo, quod in nulla superparticulari (ut patet), quia nulla superparticularis est maior proportione sexquialtera, nec in aliqua multiplici superparticulari nec multiplici suprapartiente, quia nulla talis est minor dupla (ut constat intelligenti sextum caput secundae partis). Restat igitur, ut moveatur in aliqua proportione suprapartiente

¹Sine recognitis: duplam.

100.

Primi tractatus

prapartiente velocius: vel in aliqua proportione irrationali. Et si queras in qua proportione supra partiente vel irrationali.

calcu. i. t.
capite de
medio nō
resistere.
hiero. 7.
d.c. nōne.

Respondeo et dico secundo cum calcu-
latore in calce sexte conclusionis secundi capituli ve-
l medio non resistente qid iquierere maiori egeret stu-
dio quas utilitatem afferret. Et ut beato hieronimo
placeat noctibus diebus ad id excogitandum ro-
queri atq; incomprehensibili chaos immergi est in
obscuritate mentis ambulare.

Secunda conclusio Duabus poten-
tia aliquod medium uniformiter difforme ad non
gradum terminatum transeundo uniformiter con-
tinuo mouentibus per earum a non gradu poten-
tia uniformiter continuum clementum: vnaq; velocius
continuo qd altera crescente in proportione maior
in ea proportione a qua altera continuo moue-
tur: potentia que velocius continuo crescit: velocius
continuo mouetur in ea proportione a qua moue-
tur altera. Probatur sit a. pōnia que c. medium uni-
formiter difforme terminatum ad non gradum tra-
seundo uniformiter continuo mouetur ab f. pro-
portione per sua potentia a non gradu uniformiter con-
tinuum clementum sit. p. h. propozitio maior f. pro-
portione in ipsam f. propozitio: et sit b. pōnia que idem
medium pertransiendo uniformiter continuo mo-
uetur crescenti continuo in h. proportione velocius: tūc
dico qd b. pōnia continuo velocius mouetur qd a. po-
tentia velocius inquam in proportione f. Quod sic
probatur quia b. continuo mouetur velocius ipsa
a. potentia in certa proportione (ut patet ex dictis)
et non continuo mouetur velocius in maior. pro-
portione quam sit f. nec in minori: igitur b. continuo mo-
uetur in f. proportione velocius. Consequentia éno-
ra cum maior: t probatur prima pars minoris vi-
delicet qd b. non mouetur in maior. proportione quam
sit f. velocius: quia si b. mouetur velocius qd a. i ma-
iori proportione quam sit f. sequitur qd resistentia ip-
sius b. ad resistentiam ipsius a. est maior propozitio
quam sit f. Patet consequentia quia c. medium est
uniformiter difforme ad non gradum terminatum
et ultra resistentia ipsius b. ad resistentiam ipsius a.
est maior propozitio qd sit f. ergo ipsius b. ad resis-
tentiam ipsius a. est minor propozitio qd sit h.

qd patet hec consequentia quia ipsius a. ad resisten-
tiā eiusdem a. est propozitio f. (ex hypothēsi) et re-
sistentia ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est ma-
ior propozitio quam sit f. ergo maior est resis-
tentia ipsius b. quam ipsa potentia a. Patet conse-
quentia quia resistentia ipsius b. habet maiorē propo-
zitionem ad vim tertium puta ad resistentiam ipsie-
us a. quam a. potentia habeat ad idem tertium. Et
ultra maior est resistentia ipsius b. quam ipsa a. po-
tentia. t. b. habet h. propozitionem ad a. potentiam
ergo b. habet minorē propozitionem quam h. ad re-
sistentiam eiusdem b. t. per consequens b. mouetur
continuo a minori proportione quam h. t. h. pro-
poxio est in f. proportione maior quam sit f. propozitio
(ut patet ex hypothēsi) Ergo b. continuo mouetur in
minorē proportionē velocius quam sit f. propozitio
t. sic non mouetur in maiorē proportionē velocius
a. quam sit f. propozitio quod fuit probandum. Sed iaz
probo secundam partem minoris videlicet qd b. no
mouetur velocius qd a. in minori proportionē quam
sit f. quia si mouetur in minori proportionē quam sit f.
velocius sequitur qd continuo resistentia ipsius b.
ad resistentia ipsius a. t. minor propozitio quam sit f. et cor-
relatio suppositionis et ultra continuo resistente

Capitulum undecimum

ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est minor propo-
zitio quam sit f. t. b. ad a. habet propozitionem h. igitur
b. habet ad resistentiam ipsius b. maiorem pro-
portionem quam sit h. Patet consequentia qd resi-
stantia ipsius b. est minor quam a. potentia. Sed qd
a. pōnia sit maior qd resistentia ipsius b. patet quia
a. habet maiorem propozitionem ad suam resis-
tentiam quam resistentia ipsius b. habeat ad eandē re-
sistentiam ipsius a. (cum a. ad suam resistentiam ha-
bet f. propozitionem: resistentia autem ipsius b. ad
eandē resistentiam per te minorem) igitur ipsa a.
potentia maior est quam resistentia ipsius b. Patet
consequentia per hanc maximam quod habet
maiorem propozitionem ad vim tertium est maior.
Et ultra ex illo consequentia b. habet maiorem pro-
portionem ad resistentiam ipsius b. quam sit h. t. b.
mouetur continuo ab illa propozitione quam semel
habet ad suam resistentiam (quia continuo uniforme-
ritate) t. b. propozitio est in f. propozitione maior ip-
sa f. propozitione ex hypothēsi: igitur propozitio a qd
mouetur b. est maior ipsa propozitio f. in maiorē
propozitio qd sit f. per consequens b. non moue-
tur in minorē proportionē velocius a. quam sit f. qd
fuit probandum: t. sic patet minor: t. per consequē-
tia conclusio. ¶ Ex quo sequitur primo qd si a. po-
tentia continuo mouetur a propozitione tripla. t.
correl.

t. correl.

et b. a non gradu potentie idem medium transeun-
do continuo crescat velocius in propozitione vicecu-
pla septupla qualis est. t. 7. ad. i. tunc ipsa b. po-
tentia maior mouetur continuo in triplo velocius ipsa
a. potentia minore. Probatur quia propozitio in
qua b. potentia maior velocius crescit a. potentia mi-
nore est tripla ad propozitionem a qua mouetur a.
potentia minore: t. a. potentia minor mouetur a tri-
pla propozitione sicut b. potentia maior mouetur
continuo in triplo velocius a. potentia minore qd
est probandum Patet consequentia ex conclusio-
ne. ¶ Sequitur secundo qd si a. potentia minor mo-
uetur a propozitione quadrupla in casu conclusio-
nis: t. b. pōnia maior crescat continuo velocius in p-
ropozitione ducentuplica quingecupla sextupla qua-
lis est propozitio. t. 5. ad. i. tunc b. potentia maior
mouebitur in quadruplo velocius adequate. qd ros-
batur quia propozitio in qua b. pōnia maior crescit ve-
locius a. potentia minore est quadrupla ad propo-
zitionem a qua mouetur a. pōnia minore: t. propozitio a
qua mouetur a. pōnia minore est quadrupla: ergo b.
pōnia maior mouetur in quadruplo velocius b. po-
tentia minore quod est probandum. Patet conse-
quentia ex hac conclusione. Et sic patet correlariu-
s. ¶ Sequitur tertio qd si a. potentia minor in casu co-
clusionis mouetur continuo ab illa propozitione ir-
rationali que est sexquialtera ad duplam que voce-
tur h. t. b. pōnia maior crescat continuo a.
potentia minore in propozitione k. irrationali que
se habeat ad propozitionem h. in ipsa h. propozitio
ne que est sexquialtera ad duplam tunc b. potentia
maior mouebitur velocius ipsa a. pōnia minore in p-
ropozitione h. que est sexquialtera ad duplam. Patet
hoc correlarium facile ex conclusione et probatione
eius que universalis est. ¶ Et sic poteris inferre pro-
prio labore quocunq; velis similis correlaria secū-
da parte huius operis intellecta.

3. correl.

Tertia conclusio Duabus potentias
aliquod medium uniformiter difforme ad non gra-
dum terminatum transeundo uniformiter continua
mouentibus per earum a non gradu pōne unifor-
me et continuum clementum. vnaq; altera in maiorē

velocius vel in aliqua proportione irrationali. Et si quaeras in qua proportione suprapartiente vel irrationali:

Respondeo et dico secundo cum calculatore in calce sextae conclusionis secundi capituli de medio non resistente, quod id inquirere maiori egeret studio, quam utilitatem afferret. Et ut beato Hieronymo placet noctibus diebusque ad id excogitandum torqueri atque incomprehensibili chaos immergi, est in obscuritate mentis ambulare.

Secunda conclusio: duabus potentitiis aliquod medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo uniformiter continuo moventibus per earum a non gradu potentiae uniforme et continuum crementum unaque velocius continuo quam altera crescente in proportione maiori in ea proportione, a qua altera continuo movetur, potentia, quae velocius continuo crescit, velocius continuo movetur in ea proportione, a qua movetur altera. Probatur: sit A potentia, quae C medium uniformiter difforme terminatum ad non gradum transeundo uniformiter continuo movetur ab F proportione per sue potentiae a non gradu uniforme et continuum crementum, sitque H proportio maior F proportione in ipsam F proportione, et sit B potentia, quae idem medium pertranseundo uniformiter continuo movetur crescens continuo in H proportione velocius. Tunc dico, quod B potentia continuo velocius movetur quam A potentia, (velocius inquam in proportione F.) Quod sic probatur, quia B continuo movetur velocius ipsa A potentia in certa proportione – ut patet ex dictis – et non continuo movetur velocius in maiori proportione, quam sit F, nec in minori. Igitur B continuo movetur in F proportione velocius. Consequentia est nota cum maiore, et probatur prima pars minoris videlicet, quod B non movetur in maiori proportione, quam sit F velocius, quia si B movetur velocius quam A in maiori proportione, quam sit F, sequitur, quod resistentiae ipsius B ad resistentiam ipsius A est maior proportio, quam sit F Patet consequentia, quia C medium est uniformiter difforme ad non gradum terminatum, et ultra resistentiae ipsius B ad resistentiam ipsius A est maior proportio, quam sit F, ergo ipsius B ad resistentiam ipsius B est minor proportio, quam sit H.

Patet haec consequentia, quia ipsius A ad resistentiam eiusdem A est proportio F (ex hypothesi), et resistentiae ipsius B ad resistentiam ipsius A est maior proportio, quam sit F, ergo maior est resistentia ipsius B quam ipsa potentia A. Patet consequentia, quia resistentia ipsius B habet maiorem proportionem ad unum tertium, puta ad resistentiam ipsius A, quam A potentia habeat ad idem tertium. Et ultra maior est resistentia ipsius B quam ipsa A potentia, et B habet H proportionem ad A potentiam, ergo B habet minorem proportionem quam H ad resistentiam eiusdem B, et per consequens B movetur continuo a minori proportione quam H, et H proportio est in F proportione maior, quam sit F proportio, (ut patet ex hypothesi), ergo B continuo movetur in minori proportione velocius, quam sit F proportio, et sic non movetur in maiori proportione velocius A, quam sit F proportio. Quod fuit probandum. Sed iam probo secundam partem minoris videlicet, quod B non movetur velocius quam A in minori proportione, quam sit F, quia si movetur in minori proportione, quam sit F velocius, sequitur, quod continuo resistentiae ipsius B ad resistentiam ipsius A est minor proportio, quam sit F ex correlario suppositionis, et ultra

continuo resistentiae | ipsius B ad resistentiam ipsius A est minor proportio, quam sit F, et B ad A habet proportionem H, igitur B habet ad resistentiam ipsius B maiorem proportionem, quam sit H. Patet consequentia, quia resistentia ipsius B est minor quam A potentia. Sed quod A potentia sit maior quam resistentia ipsius B, patet, quia A habet maiorem proportionem ad suam resistentiam, quam resistentia ipsius B habeat ad eandem resistentiam ipsius A, (cum A ad suam resistentiam habeat F proportionem, resistentia autem ipsius B ad eandem resistentiam per te minorem), igitur ipsa A potentia maior est quam resistentia ipsius B. Patet consequentia per hanc maximam, quod habet maiorem proportionem ad unum tertium, est maius. Et ultra ex illo consequenti B habet maiorem proportionem ad resistentiam ipsius B, quam sit H, et B movetur continuo ab illa proportione, quam semel habet ad suam resistentiam, (quia continuo [movetur] uniformiter), et H proportio est in F proportione maior ipsa F proportione ex hypothesi, igitur proportio, a qua movetur B, est maior ipsa proportione F in maiori proportione, quam sit F, et per consequens B non movetur in minori proportione velocius A, quam sit F. Quod fuit probandum. Et sic patet minor, et per consequens tota conclusio. ¶ Ex quo sequitur primo, quod si A potentia continuo moveatur a proportione tripla et cetera, et B a non gradu potentiae idem medium transeundo continuo crescat velocius in proportione vicecupla septupla, qualis est 27 ad 1, tunc ipsa B potentia maior movetur continuo in triplo velocius ipsa A potentia minore. Probatur, quia proportio, in qua B potentia maior velocius crescit A potentia minore, est tripla ad proportionem, a qua movetur A potentia minor, et A potentia minor movetur a tripla proportione, igitur B potentia maior movetur continuo in triplo velocius A potentia minore, quod est probandum. Patet consequentia ex conclusione. ¶ Sequitur secundo, quod si A potentia minor moveatur a proportione quadrupla in casu conclusionis, et B potentia maior crescat continuo velocius in proportione ducentecupla quingecupla sextupla, qualis est proportio 256 ad 1, tunc B potentia maior movebitur in quadruplo velocius adaequate. Probatur, quia proportio, in qua B potentia maior crescit velocius A potentia minore, est quadrupla ad proportionem, a qua movetur A potentia minor, et proportio, a qua movetur A potentia minor est quadrupla, ergo B potentia maior movetur in quadruplo velocius [A] potentia minore, quod est probandum. Patet consequentia ex hac conclusione. Et sic patet correlarium. ¶ Sequitur tertio, quod si A potentia minor in casu conclusionis moveatur continuo ab illa proportione irrationali, quae est sesquialtera ad duplam, quae vocetur H, et B potentia maior crescat velocius continuo A potentia minore in proportione K irrationali, quae se habeat ad proportionem H in ipsa H proportione, quae est sesquialtera ad duplam, tunc B potentia maior movebitur velocius ipsa A potentia minore in proportione H, quae est sesquialtera ad duplam. Patet hoc correlarium facile ex conclusione et probatione eius, quae universalis est. ¶ Et sic poteris inferre proprio labore, quotcumque velis, similia correlaria secunda parte huius operis intellecta.

Tertia conclusio: duabus potentitiis aliquod medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo uniformiter continuo moventibus per earum a non gradu potentiae uniforme et continuum crementum unaque altera in maiori

De motu penes causā in medio vniiformiter difformi inuariato.

iori proportione velocius continuo crescente quā sit proportio a qua altera continuo mouetur: potētia que velocius continuo crescit velocius continuo mouetur in maiori proportione & sit proportio a qua mouetur minor. Probatur sit a. potentia que c. medium vniiformiter difforme ad non gradum terminatum pertranseat: vniiformiter continuo mouēdo ab f. proportione per sue potentie a non gradu vniiforme crementum: istq; b. potentia que idem c. medium pertranscendit a non gradu potentie in h. proportione maiori f. in maiori proportione quam f. continuo velocius crescat vniiformiter continuo mouens. tūc dico q; b. potentia mouetur velocius & ipsa potentia a. in maiori proportione velocius quā sit f. Quod sic probatur quia b. mouetur velocī & a. et non mouetur velocius in f. proportione adequare nec in minori f. Igitur b. mouetur velocius in in maiori proportione & sit f. Consequentia patet cū maiore. Et probatur minor quo ad primam partes quia si b. mouetur velocius a. in f. proportione: sequitur ex corollario supposito & continuo resistētū ipsius b. ad resistētiam ipsius a. est f. proportio adequate: et ultra resistētiam ipsius b. ad resistētiam ipsius a. est f. et continuo est proportio f. Igitur ipsius b. ad resistētiam ipsius b. et ultra resistētiam ipsius b. est h. proportio g. ipsius b. ad resistētiam ipsius b. est h. proportio: igitur de primo ad vltimum patet consequentia. Et ultra ipsius b. ad resistētiam ipsius b. est h. proportio a qua mouetur ipsa b. potentia continuo: et h. proportio est maior f. proportione in maiori proportione quam sit f. Proportio ex hypothesi: igitur b. mouetur velocius a. in maiori proportione velocius quam sit f. quod est probandum. Ja probatur secunda pars minoris videlicet q; b. non mouetur in minori proportione velocius quam sit f. Quod sic probatur quia si b. mouetur in minori proportione velocius ipsa a. potentia quam sit f. sequitur ex corollario suppositionis q; continuo resistētū ipsius b. ad resistētiam ipsius a. est minor proportione quam f. et ultra resistētiam ipsius b. ad resistētiam ipsius a. est minor proportione quam sit f. et b. habet ad a. proportionem h. ex hypothesi. Igitur b. ad resistētiam eiusdem b. est maior proportione quam sit h. Patet consequentia quia a. est maior & resistētia ipsius b. (cum a. ad vnum puta ad resistētiam eiusdem a. habet maiorem proportionem & resistētia ipsius b. ad idem tertium) igitur ipsius b. ad resistētiam eiusdem b. est maior proportione quam ipsius b. ad ipsius a. et ipsius b. ad ipsius a. est proportione h. Igitur ipsius b. ad resistētiam eiusdem b. est maior proportione quam h. Et ultra ipsius b. ad resistētiam ipsius b. est maior proportione quam h. et ab illa proportione b. continuo mouetur: cum mouetur a proportione quā habet ad suam resistētiam: igitur b. mouetur a maiori proportione & sit h. et h. proportio est maior f. proportione in maiori proportione quam f. et hypothesi: igitur b. mouetur velocius a. in maiori proportione quam sit f. Proportio. Patet consequentia quia si aliquid excedit vnum tertium in aliqua proportione: omne manus illo excedit idem tertium in maiori proportione (vt constar) sed sic est in proportione q; h. Proportio est maior f. proportione in maiori proportione ne & sit ipsa f. Proportio: et proportione a qua mouet b. est maior h. ergo proportione a qua mouetur b. est maior f. proportione in maiori proportione quam sit f. et sic habetur q; b. mouetur velocius in maiori proportione

ne quam sit f. quod fuit probandum. Et sic patet conclusio. Ex quo sequitur primo q; si a. potēta minor in casu conclusionis moueat in continuo a. proportione sexquartaria & b. potēta maior crescat in duplo velocius a. potēta minore: tunc b. potēta maior mouetur velocius a. potēta minore in maiori proportione & sexquartaria: in minori tamen proportione velocius quā dupla. Secunda pars huius correlari patet ex prima conclusione huius: et prima ex hac conclusione: quoniam proportio dupla in qua b. potentia maior velocius crescit quam a. potentia minor: est maior quam sexquartaria ad sexquartiam immo maior quam dupla ut patet et quito correlario terie conclusionis quarti capituli secunde partis.

1. correſ.

Sequitur secundo q; si a. potentia minor in casu conclusionis moueat in aliqua proportione super particulari: et b. potēta maior continuo crescat in tripla proportione vel in aliqua alia maiore tripla velocī & a. potēta minore: tunc b. potēta maior continuo velocius mouebitur a. potēta minore in maiori proportione quam sit aliqua proportione superparticularis: et in minore proportione & sit tripla. Patet secunda pars correlari ex prima conclusione huius: et prima pars ex hac tertia quia omnis tripla vel maior tripla est maior quā superparticularis ad quā libet superparticularē (cum tripla sit maior & dupla ad maximam superparticularē que est sexquarta) ut constat intelligenti secundam partem huius operis: quia innumerā similia correlaria facile poterit inferre.

2. correſ.

Quarta conclusio Duabus potētis

aliquid medium vniiformiter difforme ad non gradum terminatum transeuntibus: vniiformiter continuo mouentibus per earum a non gradu potētē continuum & vniiforme crementum: vnaq; altera in maiori proportione velocius continuo crescente quā sit proportione maiori & sit illa a q; mouet alia potēta q; velocius continuo crescit: velocius continuo mouet altera: in minori tamen proportione & sit proportione a qua altera mouetur continuo. Probatur sit a. potēta que c. medium transeundo tc. ut supra continuo moueat ab f. proportione sit q; b. potēta q; idem c. medium transeundo a non gradu potētē in h. proportione que sit maior & f. (maior in minori retamen proportione & sit f.) continuo velocius crescat ipsa a. potēta: tunc dico q; b. potēta mouetur velocius & a. in minori tamen proportione velocius quā sit f. Quod sic probatur quia b. non mouetur velocius a. in f. proportione: nec in maiori: ergo b. mouetur velocius a. in minori proportione quam sit f. q; fuit probandum. Consequentia patet ex hypothesi: et probatur maior: quia si b. mouetur velocius a. in f. proportione: resistētia ipsius b. ad resistētiam ipsius a. continuo est f. Proportio. Nec consequentia plerūq; arguta est: et ultra resistētia ipsius b. ad resistētiam ipsius a. continuo est f. Proportio: et ipsius a. ad resistētiam ipsius b. est f. Proportio: igitur resistētia ipsius b. et ipsum a. sunt equalia. Consequentia patet quia habent eandem proportionem ad vnum tertium: et ultra resistētia ipsius b. et ipsum a. sunt equalia: ipsius b. ad ipsum a. est h. Proportio ex hypothesi: igitur ipsius b. ad resistētiam eiusdem b. est h. Proportio. Patet consequentia quia eiusdem ad duobus equalibus est eadem proportione: et ultra ipsius b. ad resistētiam ipsius b. est h. Proportio: et ultra ipsius b. ad resistētiam ipsius b. et ipsum a. sunt equalia: ipsius b. cum continuo moueat vniiformiter a. proportione quam habet ad suam resistētiam: et h. Proportio

proportione velocius continuo crescente, quam sit proportio, a qua altera continuo movetur, potentia, quae velocius continuo crescit, velocius continuo movetur in maiori proportione, quam sit proportio, a qua movetur minor. Probatur: sit A potentia, quae C medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum pertranseat uniformiter continuo movendo ab F proportione per suae potentiae a non gradu uniforme crementum, sitque B potentia, quae idem C medium pertransiendo a non gradu potentiae in H proportione maiori F, in maiori proportione quam F continuo velocius crescat uniformiter continuo movens. Tunc dico, quod B potentia movetur velocius quam ipsa potentia A in maiori proportione velocius, quam sit F. Quod sic probatur, quia B movetur velocius quam A, et non movetur velocius in F proportione adaequate nec in minori quam F, igitur B movetur velocius [...] in maiori proportione quam sit F. Consequentia patet cum maiore. Et probatur minor quo ad primam partem, quia si B movetur velocius A in F proportione, sequitur ex correlario suppositionis, quod continuo resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est F proportio adaequata, et ultra resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A continuo est proportio F, igitur ipsius B ad resistantiam ipsius B est H proportio. Patet consequentia, quia resistantia ipsius B et ipsa potentia A sunt aequalia, quia utrumque habet F proportionem ad unum tertium, puta ad resistantiam ipsius A per te, et ipsius B ad A est H proportio, ergo ipsius B ad resistantiam ipsius B est H proportio, igitur de primo ad ultimum patet consequentia. Et ultra ipsius B ad resistantiam ipsius B est H proportio, a qua movetur ipsa B potentia continuo, et H proportio est maior F proportione in maiori proportione, quam sit F proportio ex hypothesi, igitur B movetur velocius A in maiori proportione velocius, quam sit F, quod est probandum. Iam probatur secunda pars minoris vide-licet, quod B non movetur in minori proportione velocius, quam sit F. Quod sic probatur, quia si B movetur in minori proportione velocius ipsa A potentia, quam sit F, sequitur ex correlario suppositionis, quod continuo resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est minor proportio quam F, et ultra resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est minor proportio, quam sit F, et B habet ad A proportionem H ex hypothesi. Igitur B ad resistantiam eiusdem B est maior proportio, quam sit H. Patet consequentia, quia A est maior quam resistantia ipsius B, (cum A ad unum, puta ad resistantiam eiusdem A habet maiorem proportionem quam resistantia ipsius B ad idem tertium), igitur ipsius B ad resistantiam eiusdem B est maior proportio quam ipsius B ad ipsum A, et ipsius B ad ipsum A est proportio H. Igitur ipsius B ad resistantiam eiusdem B est maior proportio quam H. Et ultra ipsius B ad resistantiam ipsius B est maior proportio quam H, et ab illa proportione B continuo movetur, (cum moveatur a proportione, quam habet ad suam resistantiam), igitur B movetur a maiori proportione, quam sit H, et H proportio est maior F proportione in maiori proportione quam F ex hypothesi, igitur B movetur velocius A in maiori proportione, quam sit F proportio. Patet consequentia, quia si aliquid excedit unum tertium in aliqua proportione, omne maius illo excedit idem tertium in maiori proportione, (ut constat), sed sic est in proposito, quod H proportio est maior F proportione in maiori proportione, quam sit ipsa F proportio, et proportio, a qua movetur B, est maior H, ergo proportio, a qua movetur B, est maior F proportione in maiori proportione, quam sit F, et sic habetur, quod B movetur velocius in maiori proportione, | quam sit F. Quod fuit probandum.

Et sic patet conclusio. ¶ Ex quo sequitur primo, quod si A potentia minor in casu conclusionis moveatur continuo a proportione sesquitertia, et B potentia maior crescat in duplo velocius A potentia minore, tunc B potentia maior movetur velocius A potentia minore in maiori proportione quam sesquitertia, in minori tamen proportione velocius quam dupla. Secunda pars huius correlarii patet ex prima conclusione huius, et prima ex hac conclusione, quoniam proportio dupla, in qua B potentia maior velocius crescit quam A potentia minor, est maior quam sexquitertia ad sexquitertiā, immo maior quam dupla, ut patet ex quinto correlario tertiae conclusionis quarti capituli secundae partis.

¶ Sequitur secundo, quod si A potentia minor in casu conclusionis moveatur ab aliqua proportione superparticulari, et B potentia maior continuo crescat in tripla proportione vel in aliqua alia maiore tripla velocius quam A potentia minor, tunc B potentia maior continuo velocius movebitur A potentia minore in maiori proportione, quam sit aliqua proportio superparticularis, et in minore proportione, quam sit tripla. Patet secunda pars correlarii ex prima conclusione huius, et prima pars ex hac tertia, quia omnis tripla vel maior tripla est maior quam superparticularis ad quilibet superparticulararem, (cum tripla sit maior quam dupla ad maximam superparticulararem, quae est sexquialtera), ut constat intelligentia secundam partem huius operis, qui innumera similia correlaria facile poterit inferre.

Quarta conclusio: duabus potentiarum aliquod medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum transeuntibus uniformiter continuo moventibus per earum a non gradu potentiae continuum et uniforme crementum, unaque altera in maiori proportione velocius continuo crescente, quam sit proportio, a qua altera continuo movetur, in minori tamen proportione maiori, quam sit illa, a qua movetur altera potentia, quae velocius continuo crescit, velocius continuo movetur altera in minori tamen proportione, quam sit proportio, a qua altera movetur continuo. Probatur: sit A potentia, quae C medium transeundo et cetera, ut supra [dictum est], continuo moveatur ab F proportione, sitque B potentia, quae idem C medium transeundo a non gradu potentiae in H proportione, quae sit maior quam F, (maior inquam in minore tamen proportione, quam sit F), continuo velocius crescat ipsa A potentia. Tunc dico, quod B potentia movetur velocius quam A in minori tamen proportione velocius, quam sit F. Quod sic probatur, quia B non movetur velocius A in F proportione nec in maiori, ergo B movetur velocius A in minori proportione, quam sit F. Quod fuit probandum. Consequentia patet ex hypothesi, et probatur maior, quia si B moveretur velocius [quam] A in F proportione, resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A continuo essent F proportio. (Haec consequentia plerumque arguta est.) Et ultra resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A continuo est F proportio, et ipsius A ad resistantiam ipsius A est F proportio, igitur resistantia ipsius B et ipsum A sunt aequalia. Consequentia patet, quia habent eandem proportionem ad unum tertium, et ultra resistantia ipsius B et ipsum A sunt aequalia, et ipsius B ad ipsum A est H proportio ex hypothesi, igitur ipsius B ad resistantiam eiusdem B est H proportio. Patet consequentia, quia eiusdem ad duo aequalia est eadem proportio, et ultra ipsius B ad resistantiam ipsius B est H proportio, et a tali movetur ipsum B cum continuo moveatur uniformiter a proportione, quam habet ad suam resistantiam, et H proportio

102

Primi tractatus

sic est maior f. proportione in minori proportione quam sit f. ex hypothese: igitur b. mouetur in minori proportione velocius a. quam sit f. quod fuit probandum. Sed iam probatur minor videlicet q. b. non mouetur velocius in maiori proportione quam sit f. quod sic probatur quia si b. moueretur velocius a. in maiori proportione quam sit f. proportio a qua mouetur a. sequitur q. continuo resistentia ipsius b. ad resistentiam ipsius a. est maior proportio quam f. et ultra resistentie ipsius b. ad resistentias ipsius a. est maior proportio quam f. et ipsius a. ad eandem resistentias ipsius a. est f. proportio adequate ex hypothese. igitur continuo resistentia ipsius b. est maior a. poena. Probatur consequentia quia resistentia ipsius b. habet maiorem proportionem ad viii tertium putum ad resistentiam ipsius a. Et ultra ex consequenti continuo resistentia ipsius b. est maior a. potentia. et ipsius b. ad a. est proportio h. igitur ipsius b. ad resistentiam eiusdem b. est minor. proportio quam h. et ab illa mouetur continuo b. igitur b. continuo mouetur a minori proportione q. h. et h. proportio est maior f. proportione a qua continuo mouetur a. (in minori tamen proportione quas sit f.) igitur proportio a qua mouetur b. est maior quam f. a qua mouetur a. in minori proportione quam f. et per consequens b. mouetur continuo velocius a. in minori proportione quam sit f. quod fuit probandum. Probatur tamen consequentia quia cum aliquid excedit unum tertium in aliqua proportione: omne minus malus ramen illo tertio excedit idem tertium in minori proportione. sed per se proportione a qua mouetur b. potentia est maior quam f. et minor quam h. proportio: igitur. Et sic patet antecedens cum conclusione. ¶ Has tres conclusiones pulchras diligenter nota possunt enim eis inferri infinite conclusiones cum multis quas ponit calculatores in secundo capite de medio non resistente.

i. correl. ¶ Ex quo sequitur primo q. si a. potentia minore moueat ab aliqua proportione minore multiplici rationali in casu conclusione p. ab aliqua proportione superparticulari aut suprapartiente. et b. potentia maior crescat velocius a. potentia minore in aliqua proportione multiplici: tunc b. potentia maior non mouebitur velocius b. poena minore in proportione a qua mouetur a. potentia minore. sed in maiore vel minore secundum tenorem tertie vel quare conclusionis. Probatur hoc correlative quia ut patet ex superioribus: nūquā maior potentia mouetur velocius minore motu a proportione rationali in ea proportione a qua mouetur minor: nisi quando p. portio in qua maior velocius crescit se habet ad proportionem a qua mouetur minor in proportione rationali: ita q. qualis est proportio a qua mouetur minor: talis debet esse proportio inter proportiones in qua maior velocius crescit. et proportionē a qua minor mouetur ut patet: sed nulla. p. portio multiplex se habet ad proportionem minorem multiplici rationali in aliqua proportione rationali: ut patet ex secunda et sexta conclusionibus sexti capituli secunde partis: igitur correlative verum.

t. correl. ¶ Sequitur secundo q. si a. potentia minor mouetur ab aliqua proportione multiplici: et b. potentia maior crescat velocius ipsa a. potentia in aliqua proportione multiplici superparticulari: aut multiplici suprapartiente. tunc b. potentia maior non mouetur velocius a. minore in proportione multiplici a. q. mouetur a. potentia minor. Probatur quia si sicut p. portio in qua crescit b. maior potentia velocius a. minore se haberebatur ad proportionem a qua moue-

Capitulum undecimum

tur a. potentia minor in eadem proportione multiplici a. qua mouetur eadē a. poena minor ut patet ex secunda conclusione huius: sed hoc est falsum quia nulla multiplex est cōmensurabilis proportioni multiplici superparticulari: aut multiplici suprapartienti ut patet ex tertia conclusione secunde partis: igitur illud ex quo sequitur est falsum: et per consequentes correlative verum. ¶ Sequitur tertio q. si a. poena minor moueat ab aliqua proportione non multiplici rationale: b. poena maior crescat velocius minore in proportione aliqua multiplici: tunc b. potentia maior non mouetur velocius a. poena minor. Probatur correlative quia alias sequeretur q. proportio non multiplex in qua b. poena maior velocius crescat a. poena minore se haberet ad proportionem non multiplicem rationalem a qua mouetur a. poena minor in eadem proportione non multiplici rationale a qua mouetur a. potentia minor ut patet ex secunda conclusione huius: sed consequens est falsum ut patet ex quarta conclusione sexti capituli secunde partis: igitur illud ex quo sequitur: et per consequentes correlative verum. ¶ Sequitur quarto q. si a. potentia minor moueat ab aliqua proportione superparticulari: et poena b. maior crescat velocius a. potentia minore in aliqua proportione superparticulari: tunc b. potentia maior non mouetur velocius a. potētia minore in ea proportione superparticulari a qua mouetur a. poena minor. Probatur quia alias sequeretur ex secunda conclusione cum aliis q. p. portio superparticularis in qua b. poena maior velocius crescat minore se haberet ad proportionem superparticulari a qua mouetur a. poena minor in eadem proportione superparticulari a qua mouetur eadem a. poena minor: sed hoc est falsum: quia nullus p. portio superparticularis est cōmensurabilis aliqui superparticulari ut patet ex quinta conclusione sexti capituli secunde partis: igitur illud ex quo sequitur et per consequentes correlative iun verum.

¶ Sequitur quinto q. nūquam poena maior potest moueri velocius minore in proportione multiplici a. qua mouetur minor: nisi ipsa maior crescat continuo velocius minore in alia proportione multiplici. Probatur hoc correlative quia sola multiplex est proportioni multiplici cōmensurabilis ut patet ex sexta conclusione sexti capituli secunde partis.

¶ Sequitur sexto q. si in casu huius quartae conclusione a. poena minor continuo moueat ab aliqua proportione multiplici: et b. poena maior crescat velocius a. potentia minore in aliqua proportione multiplici superparticulari vel multiplici suprapartienti: ut composta ex proportione multiplici a qua mouetur minor: et aliqua superparticulari vel suprapartiente (ut opozet): tunc illa b. potentia maior mouetur velocius a. potentia minore in minori proportione quam sit p. portio a qua mouetur a. potentia minor: et etiam in minori proportione quas sit ea in qua velocius crescit a. poena minore. Probatur prima pars ex hac quarta conclusione quia omnis p. portio multiplex superparticularis: aut multiplex suprapartiens est minor quam multiplex ad totum residuum eius dempta proportione suprapartiente aut superparticulari quam ultra illam multiplicem continet ut patet quoniam ipsa non cōtinet talem multiplicem nisi semel: ergo non excedit illam in aliqua proportione multiplici sed in minori. Et sic ex conclusione sequitur q. mouetur in minori proportione velociter q. sit talis p. portio multiplex a qua mouetur potentia minor. Sed secunda

est maior F proportione in minori proportione, quam sit F ex hypothesi, igitur B movetur in minori proportione velocius A, quam sit F. Quod fuit probandum. Sed iam probatur minor videlicet, quod B non movetur velocius in maiori proportione, quam sit F, quod sic probatur, quia si B moveretur velocius A in maiori proportione, quam sit F proportio, a qua movetur A, sequitur, quod continuo resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est maior proportio quam F, et ultra resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est maior proportio quam F, et ipsius A ad eandem resistantiam ipsius A est F proportio aequiparata ex hypothesi. Igitur continuo resistantia ipsius B est maior [quam] A potentia. Patet consequentia, quia resistantia ipsius B habet maiorem proportionem ad unum tertium, puta ad resistantiam ipsius A. Et ultra ex consequenti continuo resistantia ipsius B est maior A potentia. Et ipsius B ad A est proportio H. Igitur ipsius B ad resistantiam eiusdem B est minor proportio quam H, et ab illa movetur continuo B. Igitur B continuo movetur a minori proportione quam H, et H proportio est maior F proportione, a qua continuo movetur A (in minori tamen proportione, quam sit F), igitur proportio, a qua moveatur B, est maior quam F, a qua movetur A, in minori proportione quam F, et per consequens B movetur continuo velocius A in minori proportione, quam sit F. Quod fuit probandum. Patet tamen consequentia, quia cum aliquid excedit unum tertium in aliqua proportione, omne minus, maius tamen illo tertio, excedit idem tertium in minori proportione, sed per te proportio, a qua movetur B potentia, est maior quam proportio F et minor quam H proportio, igitur. Et sic patet antecedens cum conclusione. ¶ Has tres conclusiones pulchras diligenter nota. Possunt enim ex eis inferri infinitae conclusiones cum multis, quas ponit calculator in secundo capite de medio non resistente.


¶ Ex quo sequitur primo, quod si A potentia minor moveatur ab aliqua proportione minore multiplici rationali in causa conclusionis, puta ab aliqua proportione superparticulari aut suprapartiente, et B potentia maior crescat velocius A potentia minore in al[i]qua proportione multiplici, tunc B potentia maior non movebitur velocius [A] potentia minore in proportione, a qua movetur A potentia minor, sed in maiore vel minore secundum tenorem tertiae vel quartae conclusionis. Patet hoc correlarium, quia, ut patet ex superioribus, numquam maior potentia movetur velocius minore mota a proportione rationali in ea proportione, a qua movetur minor, nisi quando proportio, in qua maior velocius crescit, se habet ad proportionem, a qua movetur minor in proportione rationali, ita quod qualis est proportio, a qua movetur minor, talis debet esse proportio inter proportionem, in qua maior velocius crescit, et proportionem, a qua minor movetur, ut patet, sed nulla proportio multiplex se habet ad proportionem minorem multiplici rationalem in aliqua proportione rationali, ut patet ex secunda et sexta conclusionibus sexti capituli secundae partis, igitur correlarium verum.

¶ Sequitur secundo, quod si A potentia minor moveatur ab aliqua proportione multiplici, et B potentia maior crescat velocius ipsa A potentia in aliqua proportione multiplici superparticulari aut multiplici suprapartiente, tunc B potentia maior non movebitur velocius A minore in proportione multiplici, a qua movetur A potentia minor. Probatur, quia si sic iam proportio, in qua crescit B maior potentia velocius A minore, se haberet ad proportionem, a qua movetur | A potentia minor in eadem proportione multiplici,

a qua movetur eadem A potentia minor, ut patet ex secunda conclusione huius, sed hoc est falsum, quia nulla multiplex est commensurabilis proportioni multiplici superparticulari aut multiplici suprapartienti, ut patet ex tertia conclusione secundae partis, igitur illud, ex quo sequitur, est falsum, et per consequens correlarium verum. ¶ Sequitur tertio, quod si A potentia minor moveatur ab aliqua proportione non multiplici rationali, et B potentia maior crescat velocius minore in proportione aliqua multiplici, tunc B potentia maior non movebitur velocius A potentia minore in proportione, a qua movetur A potentia minor. Patet correlarium, quia alias sequeretur, quod proportio non multiplex, in qua B potentia maior velocius crescit A potentia minore, se haberet ad proportionem non multiplicem rationalem, a qua movetur A potentia minor, in eadem proportione non multiplici rationali, a qua moveatur A potentia minor, ut patet ex secunda conclusione huius, sed consequens est falsum, ut patet ex quarta conclusione sexti capituli secundae partis, igitur illud, ex quo sequitur, et per consequens correlarium verum. ¶ Sequitur quarto, quod si A potentia minor moveatur ab aliqua proportione superparticulari, et potentia B maior crescat velocius A potentia minore in aliqua proportione superparticulari, tunc B potentia maior non movebitur velocius A potentia minore in ea proportione superparticulari, a qua moveatur A potentia minor. Probatur, quia alias sequeretur ex secunda conclusione cum aliis, quod proportio superparticularis, in qua B potentia maior velocius crescit minore, se haberet ad proportionem superparticularem, a qua movetur A potentia minor, in eadem proportione superparticulari, a qua movetur eadem A potentia minor, sed hoc est falsum, quia nulla proportio superparticularis est commensurabilis alicui superparticulari, ut patet ex quinta conclusione sexti capituli secundae partis, igitur illud, ex quo sequitur, et per consequens correlarium verum.

¶ Sequitur quinto, quod numquam potentia maior potest moveri velocius minore in proportione multiplici, a qua movetur minor, nisi ipsa maior crescat continuo velocius minore in alia proportione multiplici. Patet hoc correlarium, quia sola multiplex est proportioni multiplici commensurabilis, ut patet ex sexta conclusione sexti capituli secundae partis.

¶ Sequitur sexto, quod si in casu huius quartae conclusionis A potentia minor continuo moveatur ab aliqua proportione multiplici, et B potentia maior crescat velocius A potentia minore in aliqua proportione multiplici superparticulari vel multiplici suprapartiente composita ex proportione multiplici, a qua movetur minor, et aliqua superparticulari vel suprapartiente, (ut oportet), tunc illa B potentia maior movetur velocius A potentia minore in minori proportione, quam sit proportio, a qua movetur A potentia minor, et etiam in minori proportione, quam sit ea, in qua velocius crescit A potentia minore. Probatur prima pars ex hac quarta conclusione, quia omnis proportio multiplex superparticularis aut multiplex suprapartiens est minor quam multiplex ad totum residuum eius dempta proportione suprapartiente aut superparticulari, quam ultra illam multiplicem continet, ut patet, quoniam ipsa non continet talem multiplicem, nisi semel, ergo non excedit illam in aliqua proportione multiplici, sed in minori. Et sic ex conclusione sequitur, quod movetur in minori proportione velocius, quam sit talis proportio multiplex, a qua movetur potentia minor. Sed secunda



pars correlarii patet ex prima parte eiusdem et ex prima conclusione huius. Et sic patet correlarium. ¶ Innumera poteris studio se lector proprio labore his similia inferre correlaria.

Quinta conclusio: duabus potentiis aliquod medium uniformiter difforme ad non gradum terminatum transeundo uniformiter continuo moventibus unaque altera velocius continuo crescente in ea proportione, quae proportionem, a qua movetur altera, per proportionem duplam excedit, potentia, quae velocius continuo crescit, velocius continuo movetur in proportione dupla ipsa potentia minore. Probatur: sit A potentia, quae C medium et cetera transeundo continuo movetur ab F proportione per sui a non gradu potentiae continuum et uniforme crementum, sitque H proportio, quae F proportionem excedat per proportionem duplam, et sit B potentia, quae idem C medium transeundo a non gradu potentiae continuo in H proportione velocius crescat quam A potentia. Tunc dico, quod B potentia continuo in duplo velocius movetur A potentia minore. Quod sic probatur, quia B movetur velocius A, ut constat, et non movetur velocius in maiori proportione quam dupla nec in minori, igitur B movetur adaequate in duplo velocius. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum maiore, et prima pars minoris probatur, quia si B movetur in maiori proportione quam dupla velocius ipsa potentia A, sequitur, quod resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est maior quam dupla, et proportio ipsius B ad resistantiam ipsius A componitur adaequate ex duplice F et proportione dupla, igitur demendo a proportione ipsius B ad resistantiam ipsius A proportionem, quae est resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, non manet duplex F, sed minus. Patet consequentia, quia per te proportio resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est maior, quam sit proportio dupla, et ultra demendo a proportione ipsius B ad resistantiam ipsius A proportionem, quae est resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, non manet duplex F, sed minus, et demendo a proportione ipsius B ad resistantiam ipsius A proportionem, quae est resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, non manet, nisi proportio, quae est ipsius B ad resistantiam eiusdem B. Igitur proportio, quae est ipsius B ad resistantiam eiusdem B, non est duplex F, sed minus, et ab illa proportione continuo B potentia movetur, igitur continuo B movetur a proportione, quae non est duplex F, sed minus, et A potentia continuo movetur ab F proportione, igitur B potentia movetur velocius A in minori proportione quam dupla, et per consequens non in maiori proportione quam dupla. Quod fuit probandum. Sed quod proportio ipsius B ad resistantiam ipsius A componitur adaequate ex duplice F et proportione dupla, patet, quia proportio ipsius B ad resistantiam ipsius A componitur adaequate ex proportione H, quae est ipsius B ad ipsum A, et ex proportione F, quae est ipsius A ad resistantiam ipsius A, ut constat, et proportio H est unum F et proportio dupla adaequata, ut patet, quia H excedit F per duplam proportionem adaequata ex hypothesi, igitur proportio ipsius B ad resistantiam ipsius A componitur adaequata ex duplice F et ex proportione dupla. Quod fuit probandum. Et sic patet prima pars minoris. Iam probatur secunda pars minoris videlicet, quod B non movetur velocius A in minori proportione quam dupla, quia si B movetur velocius A in minori proportione quam dupla, sequitur, quod continuo resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A est minor preproportio quam dupla proportio, et ultra resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A continuo est minor proportio quam dupla, et proportio ipsius B ad resistanti-

am ipsius A componitur adaequata ex duplice F et ex proportione dupla, ut supra argutum est, igitur demendo a proportione ipsius B ad resistantiam ipsius A proportionem, quae est resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, manet magis quam duplex F. Patet consequentia, quia per te proportio, quae est resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, est minor proportio quam dupla, et ultra demendo a proportione ipsius B ad resistantiam ipsius A proportionem, quae est resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, manet magis quam duplex F, et demendo a proportione ipsius B ad resistantiam ipsius A proportionem, quae est resistantiae ipsius B ad resistantiam ipsius A, manet proportio ipsius B ad resistantiam eiusdem B, igitur proportio B ad resistantiam eiusdem B est maior quam duplex F, et ab illa proportione B potentia continuo movetur, igitur B continuo movetur a maiori proportione quam dupla ad F, et A potentia continuo movetur ab F proportione, igitur B continuo movetur velocius A in maiori proportione quam dupla, et per consequens non movetur velocius in minori proportione quam dupla. Quod fuit probandum. Et sic patet conclusio, quae est octava conclusio calculatoris in secundo capite de medio non resistente. ¶ Ex quo sequitur primo, quod si in casu conclusionis A potentia continuo moveatur a proportione sesquialtera, et B potentia maior crescat in triplo velocius continuo ipsa A potentia minore, ipsa potentia B movetur continuo in duplo velocius A potentia minore. Probatur, quia tripla excedit sexquialteram per duplam, ut patet ex quarta conclusione quarti capituli secundae partis, igitur ex hac conclusione sequitur, quod si A potentia minor moveatur a proportione sexquialtera, et B potentia maior crescat in triplo velocius, quod B potentia maior movetur continuo in duplo velocius A potentia minore. Quod fuit probandum. ¶ Sequitur secundo, quod si A potentia minor moveatur a proportione dupla, et B potentia maior crescat in quadruplo velocius continuo, ipsa potentia B movetur continuo in duplo velocius A potentia minore. Patet, quia quadrupla excedit duplam per duplam, ut patet ex quarta conclusione praecallegata igitur. ¶ Sequitur tertio, quod si A potentia minor moveatur a proportione quadrupla, et B potentia maior crescat in octuplo velocius, tunc B potentia maior movetur continuo in duplo velocius. Patet, quia octupla quadruplam per duplam excedit, ut patet ex quarta conclusione praecallegata. ¶ Sequitur quarto, quod si A potentia minor moveatur continuo a proportione sesquiteria, et B potentia maior continuo crescat in proportione dupla suprabipartiente tertias velocius, B potentia maior movetur continuo in duplo velocius. Patet, quia dupla suprabipartiens tertias sexquiteriam per duplam excedit, ut patet ex quarta conclusione praecallegata. Et isto modo infinita talia correlaria poteris inferre.

12. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Capitulum duodecimum aliquibus praedictarum conclusio- num praecedentium capitum obiiciens

His conclusionibus velocitatem motus in medio uniformiter difformi invariato declarantibus – ut potuimus – aliqua ex parte expeditis, nunc opere pretium est lima disputationis ea, quae dicta sunt polire atque limare.

Et ideo secundae conclusioni decimi capituli